



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

1 [i.e. 2]. Calumnia in P. Riccium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

proximo ad futuram , & cum horologio curando quod sibi mandatum fuerat in cassum pecunias quæsisset , nauigium remisit ad Gubernatorem cum Indo Æthiope , huiusmodi operum docto artifice in Canara nato ; simulque honorarium munus ei offerendum , quod vtrunque multa cum graria accepit Gubernator.



## LIBER II.

O L V S Sciaochini dum agit Riccius , expertus est varias aduetis , & prosperi vices . Literatorum flos prosequebatur hominem omni benevolentia , & honore ; exagitabat populus omni barbarie . Natuam enim barbariem , nunquam depositum Cantoniensis Provincia ; Sinis quondam extranea , & solùm confinis ; iure pridem ciuium donata ; nunquam satis agreste ingenium exuta ; externis vero tanto præ aliis Provinciis uinc barbaria , externis infensissima , quanto iis propior , nec eam mitigant quos ducit ex commercio Macaenisi quæstus , vt quod soli ferè pingueſcant Mandarini , caritatem annonæ plebs inde patiatur . Accedit perpetuus ab Lusitanorum incremento metus , & supicio pertinax , velut ab hostibus in propinquosis ; hinc acerba in Patres populi odia , quæ mendacissimus de superba ilia turri exasperauit rumor , spargebat querelis minimè obscuris , nostrorum qui prope habitabant ædificari sumptu , turris non iam ut antea Florida , sed Externorum cognominabatur ; indignabatur ciuitas cum labientib[us] sibi undecim urbibus , ciuium suorum contributione perfecti op[er]is , gloriam omnem gratuitò externis hominibus cessuram . Hos ergo Proregis , & Gubernatori nota gratia septos , non ausi de medio tollere , condicunt inter se tam dira , & in proba vexatione affictare ut compellerentur voluntario discessu illam redimere , insultant contumeliosis clamoribus , vulnus , lapidatione fenestrarum , & testorum assida , cui cum etiam pueri manus commodarent , eorum unum famulos intra fores peractum , territat quasi iudici traditus , & ibi post viri quidam honesti quibus illum urbanè humanitè que reposcentibus , pari comitate statim est redditus : hanc veri puram , & insolem aream , sceleris ex vicinia sycophantæ duo , purarunt idoneam cui accusationem ædificarent periuram , & atrocem , quæ in Riccius saltem deportationem desineret . Fraudem concinnant , agnatum pueri vaſrum , & falsis assuetum delationibus accusatoreni inducunt , & ad illimendam accusationi pietatem , pueri fratrem illum esse affirmant ; ipsi sibi assumpta testimoniū persona promittunt se pro testimonio dicti-  
os . Accusatoris præmium si cauam vincere , exilium Riccius , resti-

Calunnia in  
P.Riccius.

P 3

tuendum Turri Floridæ nomen ; & ingens utrumque perfido apud populum cum laude gratia. Sic probè meditatus nodum capitæ cum puerò soluit, & passis ut illic usus est in grauissimo dolore crinibus, ambo vrbein subeunt cialantes, & contra Externos dæmones legum opem coactis lachrimis implorantes : assecatur illos ad tribunal frequens plebecula, incipit accusator ; ab illo turris accola externo germanum hunc suum puerum simplicem intra ædes suas blandiendo pellectum, raptatum interius, & vincitum, ut clam Macaum transmisus in seruum venedetur ; non potuisse miserum toto illo sui carceris triduo auxilium rogare quod ingesta per vim succi potionem vocem ei abstulissent. Palam esse rem toti viciniaæ, adesse testes oculatos, ( sceleratos nempe quibuscum fraudem construxerat duos ) perorabant huic fabulæ pueri lachrimæ ; Gubernator nostri obseruantissimus & amantissimus expugnari se tamen tam probabili criminis specie sentiebat ; nam de muta illa portione, ea erébro est usui apud Sinas, de asportando in mancipium pueri, id genus plagij quondam verè an falso impactum Lusitanis, nondum satis abolitum fuerat. Turbae quæ accusatori aderat commurmuratio, vindictam fremitu petere videbatur ; sed quod rerum ignarus Riccius milliari abesset, immineretque nox, res est in craticum dilata, vulgataque interim latius tandem ad Ricciū peruenit, cui statim libellum scribenti quo calumniam purgaret, adstas apparitor ad fores, & sequi se iubet ad tribunal. Deo uno consilus sequitur, cum inops consilij aduersus calumniam tot dolis, & periuriis probatam nihil haberet præter negationem facti veram & simplicem, sed infirmam & cassam. Indianum iuuenem secum ducit, haud eo usus ad defensionem, sed quod linguam Sinensem haberet paulo expeditionem. Præsentem Gubernator acerbissime obiurgat, indignatus suum de illo iudicium imprudentiae datum iri, exprobrat ingratii perfidiam animi, & beneficia quibus ante illum nemo esset illustrioribus affectus pessime repensa, effusa demum indignatione, iubet si quid haberet dicere : hic dum eius responsum expectatur, prodit iuuenis Indus eius comes, & sua vestium laxato saxa in medium effundit quæ pridiè sero calumniator puer in fenestras ædiam miserat, remque ut gesta erat emnem candidè exponit, adolescentis utriusque calumniatoris & defensoris narrationibus inter se compositis, animaduertit prudens Gubernator, iniqüissimam criminationem, fraude ac lachrimis subæratam ; ne tamen decesset præiudicio testimoni quo stipata illic & tremens in externos turbat, culpam interitu in Canarensem vertit horologij rotati atflictem, eumque sententia damnat ad Macaum, unde ventrat repetendam : tum cognitus amplius de re summa, tres turris fabricæ Praefectos accersit, qui si quis alias, quicquid gestum erat per se ipsi spectarant ; & cum essent graues, notæque probitatis, certam populo fidem facturi erant. Ruccium dum iij aduenissent, in palatio custodit afflictissimum & maximè anxium haud quidem metu crudelium verbum;

rum; sed periculo fidei sacrosanctæ tam diuturnis illuc inductæ sudoribus in æternum, & ignominiosum exilium pellentes. Deo igitur supplex Dei causam cō ardentius commendabat, quod tota Sciaochino nobis intenior produci testis non poterat, tribus illis fabicæ Præfectis, quocum gloria intererat, ne nostris, ut falso fiebat, turris gloria attribueretur, eratque illis tam facile menteendo nostros regno encere, quam Sini pronum est mentiri. Comitatus est accusator Viatorum seruum, & tribus inventis quos euocabat Gubernator toto itinere pertinacissime instrit, falsis, veris, precibus; etiam pretio, si malling testimonium vendere, ut secum sentirent, & ficerent. Ut tamen de genibus ad tribunal steterit ij quidem in medio; hinc inde accusator & Riccius; pone duo i li calumniosæ tragœdiæ Architecti, interrogatus ex tribus Præfectis ætate proœctior ( & erant omnes ætate senes) ecquid scirent de iis quæ ad turrim contigerant? respondet, vnaque alij; & lecire, & vidisse, narrantque fusiū lapidationes, puerum pridie sub noctem deprehensum, clauſum, statimque proborum hominum precibus liberatum quæ verbis propè totidem ab Indo iuuene, qui laxa protulerat fuerant enarrata. Res est igitur, subdit vultu irato <sup>3.</sup> Gubernator, heri sub cerum gesta, nec puer triduum à Patre deten- Dicit etiā ca- lumnia au- tus, & clauſus? cui senex, nequidem decimam horæ partem: nec fuit thores pu- pluribus Gubernatori opus; indignitate sceleris accentus, & disserimi- niuntur.

nia grauitate in quo per fraudem adductus fuerat, innocentissimum, & amicissimum damnandi, exemplo edicit accusatorem sacrilegum, in ventrem humi pronum, coram omnibus à carnifice distendi, & crura eius fillatum arundinum graui fasce ( quæ solent sanguinem & frusta carnium paucis iostibus ducere) vehementissimè verberari, frustra supplicante pro venia Riccio; Gubernatore indignum venia inclamante, plagiisque singulis, condigna sclesto, conuicta ingerente, quibus exterriti concinnatores fraudis, iidemque falsi testes, clam se per medium turbam illuc trahunt vbi non possent deprehendi. Tam illustris fama iudicij complures exciuit, ut gratularentur honorem Riccio gloriose assertum. Postridie adfuit à Gubernatore apparitor, & edictum, prioti longe severius domus nostræ foribus affixit quo pœnis grauius omnis ab ea ciuisque incolis prohibebatur iniuria. Præterea Riccio ex amantissimi patrom recenti Magistratu, recens aceruit lætitia, tegio enim ab aula diplomate in gradum Cincitani proœctus Gubernator, eadem ex sede, atque urbe trium ditionum regendis urbibus auctoritas est; explosa supersticio Sinarum qui ut ex omni re explicantur futura, ominabantur ipsi tristem gratiæ in aula iacturam ob defensio- Mathemati- nem & benevolentiam Patribus præstam; ipse vero illius tam ho- <sup>4.</sup> ca Riccio norifico in nouam potestatem exitu confirmatus, factus est nobis ad- dictior, & solito crebrius Mandarinos complures data opera secum trahens domi n nostram venit, inspecturus Mathematica inuenta quæ suapè tum manu elaborabat Riccius, tam Sinenium Fabrorum qui suas